

Titulus. cclix

omne meritū deo acceptabile est infinitū: sicut demeritū infinitū. Et sic datio vite erit infinita ex parte dantis et ex parte acceptantis. sed omne peccatū quodcūq; possit facere creatura est finitū ex parte facientis: sed solū infinitū ex parte illius contra quē fit scz ex parte dei. Et sic mors illius hominis potest delere omnia peccata fieri possibilis per creaturā: et per illis satisfacere. et ultra supabit in infinitum.

De circumstantiis et conditionibus quas habebit illa preciosa mors: et que puenti oras erunt ei.

Titulus. cclix.

Et quā illa preciosissima mors et in finiti valoris illius preciosissimi et benignissimi et piissimi hominis quod indigens est necessaria toti humane nature per satisfactione. et in ipsa pendet tota restauratio et totū bonū hominis. idē videamus quod circumstantias habebit: et que conditiones ei puenient. Et quā illa mors erit satisfactio totius nature humane et totius bonum et totū meritū. idē illi mortis cōuenit ut habeat omnes conditiones per quas poterit esse magis meritoria et satisfactiva ac magis accepta. et per quas poterit declarari maior bona voluntas: bonū cor et intimus affectus cordis hominis illius morietis. Unā oportet quod talis mors ut dictū est sit voluntarie accepta ac sponte. quod aliter nil proficeret. Et idē oportet quod ille benignissimus homo velit suscipere et sustinere mortē libenter et sponte: et cum bona voluntate. et idē habebit maximū amorē et maximā charitatē ac ardentissimā et exquiritā pietatē erga naturā humanā perditā ut soluet. Et idē solū valet sustinere et recipere mortē. imo per talem modū et talē formā in quibus talis mors sua erit magis meritoria et magis satisfactoria. magis utilis et comoda per humana natura. et quod etiā cōueniat sue piissime voluntati et charitati ardentissime. Et idē quod ille homo recipiet mortē non inuitus nec ignoranter. imo ipso sciente permittente et volente. idē talis mors oportet ut sit deliberata et ordinata per ipsum et: et non fiet cum casu fortuito. sed ipsemet eligat voluntarie talē mortē qualē voluerit. et nihil fiat in sua morte contra suā voluntatē. Et quod quanto mors erit

cum maiori pena magis crudelis et dolorosa ac magis ignominiosa et turpis opprobriosa ac derisoria si sit voluntarie assumpta. tanto erit magis meritoria et satisfactoria: et comodolios humane nature: ac magis acceptabilis deo. ideo certe puenit et amorē ardentissimo et pietati illius piissimi hominis: ut non solū velit sustinere mortē. imo talē mortē sicut dictū est. quod hoc erit maius bonū quod potest facere. Et ideo cōuenit sine maxime bonitati ut faciat tantū bonū: quo non poterit esse maius nec melius: nec excogitari. Unā ille homo piissimus erit persona infinita: et idē cōuenit ei facere tantū bonū: ut sua mors preciosissima superet et excedat omnia peccata: et ut non possit magis supare ut habeat omne meritū. Et idē pueniet quod omnes conditiones et omnes circumstantie quod poterit reddere illā mortē difficillimā: penalissimā per omnem modū atrocissimam et crudelissimā: dolorosissimā ac ignominiosissimā sine in illa morte seu comitentē eā. Et ideo cōuenit quod fiat in loco publico et solenni et non in occulto: de die et non de nocte. et sic de alijs circumstantiis. et oportebit quod genus mortis sit turpissimū et ignominiosissimū. Quod autē poterit fieri ista facilliter possumus cognoscere si consideremus illos per quas talis mors fiet. quā oportet quod sint inimici sui maximi. Unā itā dictū est quod ille primus angelus scz diabolus erit inimicus capitalis istius hominis: et habebit odio in summo. et ideo trahabit mortem suam. et inflāmabit aliquos homines ad summū odium istius per summā inimicitiam. Et idē illi homines quod erunt inimici sui non solū desiderabunt ipsum occidere. imo etiā inferre mortem turpissimā et amarissimā. et talem qualem dicta est. Et multū bene puenit illi talis mors. quod inimici eius multū desiderabunt ei inferre talem mortē ut dictū est. et ipse cum gaudio et bona voluntate suscipiet eam. et sic eorum desiderium et voluntas in hoc concordant. sed in isto non erit similis voluntas. quod ipsi mala et pessima voluntate et peruersa intentione inflāmati eorum occident. sed ipse bona voluntate et intimo cordis affectu. propter saluationē totius humane nature ad honorem dei: et ad officinam placandam mortē libenter sustinebit.

Tit. ccl. liij.

quod mors christi sit voluntaria.

quod mors christi sit de libera et electa.

Quod sit de peccatissimo.

Quod sit in loco publico.

Tit. ccl.

Christo cōpetebat mori in cruce.

